

PHILIPPVS EPISCOPVS SPIRENSIS.



Philippus ex nobili familia à Rosenburg oriundus, à teneris annis literis operam dedit, atque præceptoribus obsequens magnam sibi eruditio nem acquisiuit. Inde literarum amore sese Papiam conferens, in celebri ea Academia Doctoris insignia adeptus est. Cum is in Germaniam multis litéris ornatus rediisset, sub Ludouico Episcopo Spirensi suo auunculo Spirensis canonicus, & paulo post præpositus S. Germani factus est. Eas functio nes magna diligentia peregit, atq; suis uirtutibus cæteris canonicis exemplo fuit. Itaq; cum Ludoui cus præful moreretur, ipse in eius locum anno 1505 Episcopus electus est. Eam dignitatē adeptus, cir cumplicere cœpit, quā nam ratione loca quædam ab Episcopatu prius aliena ta reciperet. Itaq; Palatino pecuniam obtulit, atq; Rotenburgum recuperauit. Postea etiam nobile opus Montem oliuarum Spiræ extruxit, atq; pluri ma loca suæ ditionis restaurauit. Interea autem doctos uiros quantum potuit promouit, atq; unicē dilexit, in quibus etiam Ioannes Reüchlinus extitit. Tan dem graui morbo pressus magna patientia ad mortem usq; perseverauit, & cum octo annos præfuisset, obiit anno 1513, magno suorum luctu sepul tus. In eius locum Georgius Rheni Palatinus Episcopus ele ctus est. Anon.